



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XXXI. De Excessibus Prælatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

ita suscep*t* executione. Quod clare patet ex e. s. h. t. quod loquitur de privatione executionis suscep*t* Ordinis: iuxta quod Cap. intelligendum est d. cap. i. dum ponit inhabilitatem ascendendi ad Ordinem superiorum; quæ accipienda de suspensione; & ita tenet Covarr. ad c. Almanap. 1. §. 6. nn. 6. Non obstat d. c. 32. quia non sit ibi mentio irregularitatis, sed depositionis ab Ordinibus sententia ferenda; quia illa est ab irregularitate, cum haec omnino inhabilem faciat, illa usum tantum tollat. Vid. Suarez de Conf. Diff. 32. f. 7. l. nn. 17.

**3** Q. II. An suspensiō ista sit accipienda de Ordinibus omnibus sic suscep*t*, etiam minoribus: R. Loqui quidem iura in d. c. 1. & 9. de Ordinibus, aliaque iura in similī casū, e. i. De temporib. ordin. in o. c. fin. De apostolatu: fieri tamen simpliciter mentionem Ordinum Ecclesiasticorum in d. c. 32. ut de minoribus id sit accipiendo, ex mente Poot. qui non vult Ordinem Ecclesi. sticū suscip*t* ab excommunicato: spe*c*tant autem & minores ad Ordinem Ecclesiasticum. Nec faciunt loca alia adducta, in quibus ideo sit mentio ordinum sacerdotum, quod facti speciem tantum continent, non etiam ut distinctionem juris inducant, Suarez. d. loco nn. 58.

Suspensiō itaque haec non concernit nisi Ordinem ita suscep*tum*; & superiorum, non etiam inferiorem liceat suscep*tum*, quia de illo textus non loquitur. Per primam tonsuram po*sa* ista non incurritur, quod Ordo non sit, nec habeat proprium actum, à quo suspendatur. Accipienda autem jam dicta de excommunicatione simpliciter, id est de excommunicatione majori, non etiam de minori.

Ubi quæstum, An ignorantia excommunicationis excusat? R. Illam quidem faciliter effici dispensationem, non tamen censuræ impedit effectum. d. c. 32. quod etiam ignorantia factum vel ius non ponit extra censuram. Posset tamen istud Cap. accipi de ignorantia culpabilis, ut si talis, quæ extra culparint ponat, dicenda si hanc censuram impedire. Quo facit, quod dictum sup. Tit. 27. nn. 9. ignorantiam invincibilem excusat, quo minus excommunicatus celebrans incurrit irregularitatem, ut etiam excusat debeat à suspensione. D: inde cum haec tamquam pos-

na incurritur, necesse est supponere ut ea cessante tamquam causâ adegitur at etiam censuræ effectus, & Apollonius p. De Cler. excom. minist. Facit eo, quod Navart. d. c. 27. nn. 2. 41. crassam ignoranciam non excusat, ut alia excusat, d. c. 32. videlicet d. loco nn. 59.

Per vim vel metum cadentem in remanenter ordinatos, licet inhabiles, poterit in censuram verius est, cum ea conseruat nisi proper eulpan, d. c. 32. quia non justus metus.

Est & sus*pe*s*ci*us, qui quatuor Ordines minores cum Subdiaconatu eodem die suscepti, nisi consuetudo excusat. Cum prius portante Religionem, si mores evanescant, dispensabit Abbas quoad exercitium Ordinarii. Majorum Ordinum duorum voti delceptio suspensionem inducit, etiam die quarti die, continuato tamquam pene intercollatus, quod habeatur pro eodem die. Iur. sup. De temp. ordinat. Quod peccatum gravius, si contra praeceptum Episcoporum communicatione prohibentis suscep*tum* dñes eadem die, ingesseri se quis nimis post unum suscep*tum* etiam ad altemendum, e. 3. b. t. Dispensatio ramen comitatus super suspensione, si mox aliquis gressus laudabiliter se ibi gerat, e. f. 3.

## TITULUS XXX.

### De Excessibus Prelatorum

#### SUMMARIUM.

1. Prelati prohibentur premere excedentes alii ex gravare subditos.
2. Iurisdictio Ordinarii in exemptione eius ria?
3. Prohibitum est privilegia subditi adire, Ecclesias alterius subtrahiri.
4. Iurisdictionem superioris inferiori non debent.
5. Excessus subditorum contra Prelati,

P Eccliarie Prelatorum delictum est servatis potestatis sue terminis, sub oneribus premerē, exactiones, aliisque

minim imponendo, censuris immoando temere, & sine judicio Capituli, à quibus eos abstinere juber Pont. prohibens, ne ullam tenet præsumat exercere exactiones indebitas, nec sine judicio Capituli atrent suspendere, aut Ecclesiæ eorum interdicere, sub pœna arbitratia, c. 1. b. 2. Non subiungit autem ibi Pont. verba irritantia, ut censura lata, licet sine Capituli judicio, sit dicenda tenere. Limitant & illum textum ad suspensionem, ut procedere nonline in excommunicatione, quam volunt Prælati concessam etiam sine judicio Capituli. Verum ea de re inquietare anxiæ nihil attinet, cum de consuetudine solemnitatis ista non desideretur. Abbas in d. 2. i. b. t. que probari videtur c. 3. De conf. in 6. ut & videretur probari per Trid. Sess. 6. De reform. c. 4. quod & dedit Episcopis jurisdictionem in exemptos.

2. Ubi dubitatur, An ea sit ordinaria, an delegata? R. Ordinariam videri quoad non exemptos, propter maiorem in eos auctoritatem; delegatam vero quoad exemptos, cum ordinatio jure non habeant in illos auctoritatem; & ita velle videntur verba d. c. 3.

Prohibet etiam Pont. Prælati privilegia subditorum impedita, data licentia subditis non parenti, c. Sane h. t. censura, si qua forte ideo non dati, irrita declarata, c. Cum ad quorundam h. t. tamquam lata à non habent auctoritatem; Ecclesiæ alteri subjectam sine causa ab illius subjectione liberare & subtrahere, c. 2. b. t. beneficij, cuius habent collationem, usum sibi retinere, aut sibi conferre c. 3. b. t. Prohibet ea conferti in dignis sub poena cassationis & privationis conferendi cùm vice, c. Inter 11. b. t. Non tantum autem prohibitum Prælati inferte gravamina suis Clericis, verum & Religiosis, qui Christo pauperi in paupertate famulari elegerunt, qua emerantur à Pont. in c. Nimir 16. & 17. b. t.

Quod attinet ad Prælatos inferiores Episcopo, illis cavedura, ne turbent jurisdictionem superiorum, puniendo Ecclesiæ sine coram consensu, c. Sic ut 8. b. t. cognoscendo de causa matrimoniali, dando indulgentias, quæ spectant ad Episcopum; nisi speciali privilegio, aut alia legitima causa id juris sibi qualium probent, c. Accedentibus 12. b. t. interdicta violando, aut alios, ut violent, co-

gendo. Quod si contigerit fieri ab Episcopo. Pont. omnes ab eo postea latas censuras, institutiones, destitutions, collations præbendarum factas, irritas esse declarat; alios vero Clericos interdicti violatores suspensi ab officio & beneficio, c. fin. b. t.

Prohibetur & subditorum contra Prælatos excessus: cujusmodi sunt, reverentiam iis denegare, coram secularibus contra eos super rebus spiritualibus depонere, dominios negare, contra homagij fidem, eos invadere, aut invaditoribus, et omnique complicibus causans, vel consilium præbere: quales abscondendi perpetuo ab Ecclesiæ, beneficiis eorum aliis, qui digni, adsignatis, c. Gravem 15. b. t. Constituere collegium, sibi fabricare sigillum, c. Dilecta 14. b. t. Personatum sibi falso adsumere, contra eos, quibus fide & sacramento sunt obligati, se erigendo, quales in eo Episcopatus non sunt admittendi ad officii sui executionem, c. Illud 6. b. t. Prohibentur & sacerdotes peccatum in confessione auditum revelare, ne quidem ex compulsione, quod ea res sit perniciosa, c. Dilecta 13. b. t. de crimine suo glorianti, ut de carnali copula cum uxore aliena, quales ab officio & beneficio sunt suspendendi, c. Quamvis 9. b. t. Se etiam libidines maximæ quæ sunt contra naturam, propter quas Clerici sunt dejiciendi Clerico, vel ad agendum pœnitentiem in Monasterio detrudendi, c. 4. b. t. Eorum etiam est ab eo abstinere, unde scandalum ori possit, ut frequentare ludos profanos, & similia, de quibus sup. De vita & honest. Clericorum. Prædicatoribus, Minoribus aliisque Mendicantibus est inhibitum Domos ad habitandum de novo recipere, aut suscepas murare, alienare, abique licentia Sedis Apostolicae, c. uniu. cod. in 6.

### TITULUS XXXII.

Denovi operis nuntiatione.

### SUMMARIUM.

1. Nuntiatione novi operis quando & qualiter fit.
2. Téhabet locum, non obstante cautione de opere demoliendo.